UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Etiam per procur. cau. rest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Etiam per procuratorem cauſam reſtitutionis in integrum agi poſſe. Rubr. XLIX.

LEX VNICA.

1 Procurator quando dicatur habere ſpeciale mandatum, ad petendam reſtitutionem in integrum.
2 Procurator etiam ſine ſpeciali mandato poteſt agere cauſam reſtitutionis in integr. quando venit incidenter in cauſa commiſſa.
3 Pater non poteſt petere reſtit. in integr. pro filio ſine mandato.

CAuſam. Rubrum ⁊ nigrum idem dicũt. ¶ Opp. de l. neq̃z. ẽ. de procur. Solu. Intellige hoc de procuratore qui habebat
a mandatum ſpeciale[a] legitime ordinatum. ¶ Op. ff. de mino. l. illud. §. ſi talis. Solu. Intellige hic de procuratore qui habebat ſpeciale mandatũ, quomodo intelligitur procurator habere ſpeciale mandatũ, ſufficit ne
1 quod † in inſtrumento dicatur ad agendum, ⁊c. ⁊ in integ. reſti. petendam. ⁊c. doc. determinant hic quod non, ſed quod dicatur, ⁊ ad petendam reſtitutionẽ in integ. in tali cauſa vt l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. de acqui. here. Ego altius aſſumpſi iſtam materiam in l.
b filiusfa. ff. de dona. ¶ Ad vnũ tamen[b] aduerte quod ſi cauſa reſti-
c tutionis in integr.[c] † incidenter veniat in cauſa cõmiſſa, poſſet etiã
2 agere ſine ſpeciali mandato, vt ẽ. tit. ij. l. fi. ⁊ l. qui proprio. §. itẽ queritur. ff. de procu. ſecundũ vnam lec. ¶ Opp. de l. ij. ẽ. de his qui ve. eta. impe. Sol. Ibi eſt ſpecialis caſus, in quo nõ admittitur procu-
d rator. ¶ Opp. quod etiam[d] ſine ſpeciali mãdato poſſit, vt l. patri.
3 in prin. ff. de min. † Sol. quod eſt ſpeciale in patre, qui eſt legitimus adminiſtrator, vt ibi, ſicut in alio legitimo adminiſtratore, vt in tutore, curatore, ⁊ ſimilibus. ¶ Quero, dicitur hic in rubro ⁊ nigro,
4 etiam per procuratorẽ agi poſſe, † quid implicat hec dictio etiam? Poteſt intelligi etiam per procuratorẽ, quaſi nõ ſolum per dominum, vel quaſi per tutorem vel ſyndicũ, quid implicat, neſcio quid dicam modo, ⁊ habui hoc anno pluries de iſta dictione etiam, ⁊c.

ADDITIONES.

a ¶ Speciale. Sed quid in ſyndico vniuerſitatis? Uide Paul. de Caſt. hic Rom. conſi. ccccxxiij.

b AND. BABR. ¶ Ad vnum tamen. Limita illud, quod dicit Bartol. quod ſuper incidenti poteſt petere reſtit. procurator non habens ſpeciale mandatum, niſi eſſet ſententia interlocutoria lata ſuper incidenti poſt x. dies, quia tunc non poteſt ſine ſpeciali mandato. Ita not. Ioan. And. in c. coram felicis. de in integ. reſtit. ⁊ ita Rome pronunciauit Lud.

c POMA. ¶ Reſtitutionis in integ. Not. quod licet ad petendam reſtitutionem in integ. requiratur ſpeciale mãdatum, quod tamen iſtud non eſt verũ, niſi quando principaliter petitur. Secus quando incidenter in alia cauſa, ad quam procurator ſpecialis, vel generalis eſſet cõſtitutus peteretur, vt puta, quod in aliquo articulo eius cauſe incidenter oporteret reſtituere in integr. tunc enim non eſſet neceſſarium mandatum ſpeciale, tenet idem Bartol. in l. cum procurator. ff. de op. no. nun. ⁊ ibi Alex. ⁊ ex hoc poſſit inferri in iuramento, in quo requiritur ſpeciale mandatum, ſicut in reſti. in integr. l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. ſi. ff. de iureiur. vt intelligatur quando principaliter in certa cauſa vellet deferre, ſecus vero quando in principali cauſa incideret aliquis caſus, ⁊ tunc ſuper aliquo caſu poſſit iuramentum deferre abſq̃z eo quod ſuper eo habeat ſpeciale mandatum, vel equipollens. Pro quo vide Alex. l. qui bona. §. ſi alieno. in verſi. pro quo dicit facere. ff. de dam. infect.

d AND. BARB. ¶ Op. quod etiã. Idem in omni alio legitimo adminiſtratore ⁊ tutore, vt l. iij. §. ſi ſepius. de in inte. reſt. Idẽ in ſyndico Reipublice, ſecus in ſyndico alicu⁹ vniuerſitatis, vel corpoꝝ.

In integr. reſtitut. poſtulata, &c. Rubr. L.

LEX VNICA.

a POſtulata. Rubr. eſt ſummarium totius tit. Quero, vtrum reſtitutio[a] impetrata impediat executionem ſentẽtie? Hic videtur tex. quod ſic, ⁊ ita debet intelligi gl. quam vide, Iſtud intelligitur hic cum temperamento, quod ponitur. in c. ſuſcitata extra de reſtit. in integ. Dic vt ibi, ⁊ in c. conſtitutus. vbi vide Innoc.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Reſtitutio. Quid autem de iure canonico, vide Bart. in tract. differentiarum inter ius, ⁊c. Uide Uital. de Camb. in tract. clauſularum. vide Alexan. late in l. iiij. §. condemnandum. ff. de re iudic.

De reſtitutione militum. Rubr. L I.

¶ Dictum eſt ẽ. de reſtit. mĩn. verũ q2 quidã maiores reſtituuntur ex cauſa militie, vel abſentie, ideo ponitur rubrica de reſtit. mili.

LEX I.

1 Beneficium petende reſtitutionis in inte. tranſit ad heredes
2 Bonorum poſſeſ. non agnita per minorem, quando poſſit beneficio reſtitut. agnoſci per eius heredem.
3 Si minor decedit hereditate non adita, eius heres petita reſtitutione ex perſona minoris poterit adire.
4 Tempora ad agnoſcendã bonorũ poſſeſſionẽ. qñ currant abſenti.
5 Abſens ex cauſa neceſſaria, ⁊ probabili, ſiue potuerit procuratorem conſtituere, ſiue non, ſemper reſtituitur.

SI valerianus. Hec lex breuiter hoc intendit. Reſtitutio, que cõpetit maioribus ratione abſentie, etiã in que-
1 rendis, trãſmittitur ad heredes. h. d. ¶ † No. ꝙ beneficium petẽde reſtitutionis trãſit ad heredẽ. Dixi in ſummario, ⁊ aduerte, q2 hec materia eſt difficilis, ⁊ ſubtilis. ¶ Opp. bono. poſſeſſio non agnita non trãſmittitur. ff. de
2 bo. poſ. l. ij. §. acquirere. † Sol. Hic non tranſmittitur hereditas, ſed beneficiũ reſtitutionis cũ omni ſuo effectu, vt ſicut defunctus poterat, reſtitui ad agnoſcendã bo. poſ. ita ⁊ eius heres. ¶ Item op. hic innuitur, ꝙ ſi Ualerianus deceſſiſſet ante cõpletos dies, ꝙ heres eius nõ reſtituitur. cõtra ff. de acq. here. l. Pantonius §. j. Sol. Dicunt quidã ꝙ hic ſubaudiendũ eſt maxime. Alij dicũt, Aut deceſſit ante, ⁊ datur reſtitutio ex equitate, vt in contrario. Aut deceſſit poſtea, ⁊ datur de rigore, vt hic. Alij dicunt, aut deceſſit poſt, ⁊ datur reſtitutio ad totũ tẽpus. Aut deceſſit ante, ⁊ datur reſtitutio ad totũ aliud tẽpus, ꝙ ſupererat defuncto. Tu autẽ dic, qñq̃z heres pretẽdit reſtitutionẽ ex perſona defuncti, ſolũ ratione abſentie, ⁊ tunc ita demum cõpetit, ſi defunctus mortuus eſt poſt lapſa tẽpora, que dãtur ad petendã bo. poſ. vt hic. Qñq̃z heres petit reſtitutionẽ propter abſentiã iunctã cum morte, ⁊ tunc cõpetit reſtitutio. etiam ſi tẽpora non ſunt elapſa, vt l. Pantonius. §. j. ff. de
3 acq. her. ¶ † Ex hoc dico vobis ꝙ ſi minor decedit hereditate non adita, ꝙ heres eius poteſt repetere reſtitutionẽ in integrũ ex perſona minoris, vt adeat hereditatẽ, qui minor fuit leſus per minorẽ etatẽ iunctã cũ morte, ſicut dicimus de morte iũcta cum abſentia. Ita tz Ia. de Are. in l. q duos. de re. du. ⁊ ibi pleniſſime dixi. Ita tz hic Iac. de Bu. cõtrariũ dicit Iac. de Bel. per no. in aut. de trien. ⁊ ſemiſ. circa prin. in fi. q. diſputate, quã ponit ibi, tu intellige iſtam vt dixi in d. l. qui duos. ¶ Procedo vlterius ⁊ videtur ꝙ iſta tẽpora nunꝙ currũt abſenti. cũ ſint vtilia, vt inſt. de bo. poſ. §. fi. dicit Pla.
4 olim erãt cõtinua. Gl. dicit † ꝙ hic non currũt, q2 potuit cõſtituere procuratorẽ, ſed nõ cõſtituit. ideo reſtituitur. Sed ſi eſſet negligẽs in cõſtituendo procuratorẽ, non reſtituit̃. Uide gl. que videtur ſibi cõtradicere. Ultra. intelligũt iſtã gl. ſic, ꝙ iſtud quod potuit miles cõſtituere procuratorẽ, nõ tamẽ cõmode propter militiã. Et quod dicit. ſecus ſi fuiſſet negligẽs. intelligunt quãdo potuit cõſtituere procuratorẽ, ⁊ cõmode. d. Iac. But. iſtã diſtinctionẽ cõmode, ⁊ incõmode nõ admittit, q2 habet locũ in abſentibus ex cauſa proba-
5 bili tantũ, vt l. nec nõ. in prin. ff. ex qui. cau. ma. ſed in eo, † qui eſt abſens ex cauſa neceſſaria ⁊ probabili, ſiue potuit dare procuratorẽ, ſiue nõ, ſemp datur ei reſtitutio. vt l. ſi. ff. de in inte. reſt. ¶ Op. ff. de mino. l. Papinia. exul. Sol. Ibi loquitur in abſente ex cauſa neceſſaria, ⁊ nõ probabili. ¶ Item op. quia ſi fuiſſet preſens, ⁊ tacuiſſet, non reſtituitur. ergo hic per abſentiam non eſt leſus, ſed per taciturnitatem. merito reſtitui non debet. Gl. dicit, ⁊ bene, preſumitur quod ſi fuiſſet preſens, agnouiſſet. arg. l. j. in fi. ſi mulier ven. not.

LEX II

SI quid de bonis. Siue ſit preſcripta res, ſiue ſit preſcripta actio, abſenti cauſa Reipub. intra annũ vtilem datur reſtitutio, hoc dicit.

LEX III.

QUod tempore Hec lex habet materiam multũ difficilẽ, ⁊ eſt materia l. ab hoſtib. §. ſed ꝙ ſimpliciter. ff. eo. ⁊ hz duas lec. vnã ſm Mar. aliã ſecundũ Bul. ſecũdũ lec. Bul. Breuiter. h. d. Finita abſentia ex cauſa neceſſaria, dat̃ reſtitutio contra preſcriptionẽ, vt ſubducat̃ de medio omne tẽpus abſentie, quodcunq̃z fuerit primũ, mediũ, vltimũ ve. Primo pono caſum ſecundũ Mar. ego fui preſens primo ⁊ ſecũdo anno, quo vſucapiebas rem meam mobilem, tertio anno fui abſens, ⁊ completa eſt vſucapio in abſentia, ſum reuerſus. Quero vtrũ mihi reſtitutio detur, ⁊ ad qd? Reſpondet Imperator, ſi annus vtilis, qui datur ad petendã reſtitutionẽ non eſt lapſus, poteſt reſtitui. vt ſubducatur illud tẽpus vſucapionis de medio, ⁊ ꝙ res reſtituat̃, ſed ſi preſcriptio eſſet cõpleta in preſentia, nõ daret̃ in integ. reſt. h. d. ſm Mar. ¶ Op. dicit tex. amota ꝑſcriptione tẽporis medij, ⁊ ſm Mar. nõ deberet amoueri preſcriptio tẽporis medij, ergo mala eſt lect. ſua. Sol. ſm eum nõ intelligas tẽpus mediũ. ſ. in vſucapione, ſed tẽpus mediũ, ſcilicet, inter primam abſentiã ⁊ ſecundã, ꝙ eſt vltimũ in vſucapione.